

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mulier 1
cum fontibus primis

Hospiciolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant; omnes puellas aut uirgines Christi aut equaliter ignora aut equaliter dilige. Vide ne sub eodem tecto manseris, nec in preterita castitate confidas; nec Sampsonem fortior, nec David sanctior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quod paradysi colonum de possessione sua mulier eiecerit;

hospitiolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant. omnes puellas et uirgines Christi aut aequaliter ignora aut aequaliter dilige. ne sub eodem tecto manseris; ne in praeterita castitate confidas. nec David sanctior nec Salomone potes esse sapientior; memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52, 4 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.423, ll.3-10).

unde ait quidam: Adam, Sampsonem, Petrum, Dauid, Salomonem mulier decepit; quis modo tutus erit?

Si Loth, Samsonem, si David, si Salomonem / Femina dejecit, quis modo tutus erit?

Ieronymus in epistola ad Nepocianum.

Rogerus Cadonensis, *De uita monachorum* (T. Wright ed., vol.2, p.188, ll.5-6).